B.

se ne fà mentio-
ne nella sopradta
lra fol. 196.

Protesta fatta da Monsignor Nunzio

Quamvis absurdae et iniustae adversus Graeco Romanos Unitos sub Poloniae Dominio degentes Schismaticorum petitiones nedum ad labefactandum sed abolendum eorundem cum Cathol.ca Rom.a Ecclia omnium vera Matre et Magistra S. Unionis vinculum eiusdemque Unionis nomen penitus delendum aliàs porrectae validioribus quam modo existant armis, et viribus innixae, atque Regno Poloniae eâ erumnosa tempestate ab externis hostibus undique concusso, vel reiectae omninò fuerint, vel si aliqua in parte admissae, nullatenus tamen executioni demandatae, idque eâ potissimum ratione, quod à Laicali potestate Causae Dei, qualis est praedae S. Unionis in Romanae Ecclesiae sinum et Communionem à Sa: Me: Clem.te 8.o receptae tuitio, et conservatio praeiudicium inferri nequeat, et quamvis etiam moderno tempore, quo Divinâ favente gratiâ inclyta haec Respublica pressa prioris antea calamitatibus non existit, adeo ut maiori virtute, ac Christiani pectoris fortitudine iniqua contra S. Unionem Schismaticorum postulata reijci prorsus debeant; Attamen quia instructio Dnis Commissarijs Congressui proximè habendo cum Cosaccis consignanda secretò valde per Dnos Deputatos formatur, in qua animadvertendum forsan aliquid apponi posset quod Catholicae Romanae